hostibus in faciem extensis velis procedens, in vigilia[mm)] sancti
Johannis Baptiste commisso cum ipsis hostibus bello na=
vali cruentissimam victoriam est adeptus. In quo confli=
fol. 111'. ctu de parte regis Francie plusquam |30000 hominum
ferro et aquarum impetu occubuerunt, universis ipsius
regis Francie captis navibus, exceptis duntaxat 10, que
supervenientis noctis tenebris sunt elapse. Sic itaque idem
rex Anglie ad suos federatos citra[z)] mare [vict]gloriosus revertens
validissimum exercitum iterum in Franciam duxit, igne
et ferro depopulans universa. Porro rex Francie cum vali=
dissimo exercitu sibi occurrens in loco, qui ab incolis Ham=
maria vocatur, in terminis scilicet Francie atque Han=
nonie, bellum cum ipso committere statuit. Locatis igitur
iuxta se e vicino castris post paucos dies deficientibus
propter multitudinem exercituum victualibus absque
congressione utrique ad propria redierunt.

Circa hec quidem tempora rex Hispanie Alfoncius, in=
ter omnes christianorum principes victoriarum titulis
plurimis illorum temporum gloriosus, fidei catholice
bellegerator eximius, terras Sarracenorum citra mare posi=
tas bellis continuis impugnabat, confligens sepius cum
eisdem, inter que unum precipuum victoriose peregit
bellum virtute divina potius quam humana. Nam cum
Sarracenorum rex potentissimus partium Affrice ad
debellandum partes christianorum ex Affrica cum multi=

mm) nativitatis add. 2. z) circa cod. citra 2.